existit, adoratio huic, adoratio huic, adoratio huic, adoratio, adora-
37. tio. Celebrata a Diis olim ob exoptatum refugium, similiter ab
Asurorum-principe *certis* diebus culta, praebeat ipsa nobis, fausti-
38. Causa, Domina, felicitates laetas, arceatque infortunium, *ipsa* quae
nunc a surrecto-Daityo-vexatis nobis veneratione-inclinatis-cor-
poribus Isaque a Diis adoratur, quae etiam implorata vel ipso mo-
mento delet nostras omnes-calamitates.

Sapiens dixit:

39. Ita cum laudibus-occupati *essent* Dii, ibi Pârvatia lavatum abiit in
40. unda Gangis, o principis-fili! Ipsa allocuta est illos Deos, pul-
chris-superciliis *praedita*, „a vobis celebratur heic quae?" E corporis-
41. vaginaque eius exorta dixit Siva: Collaudatio mea celebratur a
Sumbho-Daityo-expulsis Diis omnibus, in pugna a Nisumbho de-
42. victis. E corporis-vagina quia illius Pârvatiae egressa *est* Am-
43. bica, Kausikia ita in omnibus tunc mundis praedicatur. Hâc
egressâ autem nigra erat illa quoque Pârvatia, Kâlika ita appellata
44. *est* Himavantem-montem-sedem *habens*. Deinde Ambicam, sum-
mam formam gerentem, peramabilem vidit Tschandus Mundusque,
45. servi Sumbhi-*et* Nisumbhi. Ab his Sumbho etiam nuntiata *est*
perpulcherrima: qualis sedet femina, o magne-rex, collustrans Hi-
46. mavantem-montem. Non talis usquam venustas visa *est* a quo-
libet eximia, exploretur, quaenam sit illa Dea capiaturque, o Asu-
47. rorum-domine! Feminarum-margarita, perpulchris-membris col-
lustrans regiones; splendore ipsa stat, o Daityorum-rex, hanc te
48. videre oportet. Quae res-pretiosae, gemmae, elephanti-equi-*et*
alia, o insignis! in trimundo *existunt, haec* universa nunc fulgent
49. in tua domo. Airâvatus abductus est elephantorum-eximius
Purandaro (urbium-destructori); Pâridschâtus-arbor etiam illa, si-
50. militer Utschtschaisravus equus. Vehiculum anseribus-iunctum
illud stat in tuo atrio egregium, admirabile *quod* huc adductum

51. erat a Vedhaso (Brahmo). Thesaurus ille Mahâpadmus abductus
est divitiarum-domino (Kuvero), e filamentis *compositum* dedit
52. etiam Oceanus sertum e lotis-haud-marcidis confectum. Umbella
Vârunica tuae domi aurum-effundens stat, similiter ille currus-
53. eximius qui olim erat animantium-domino. Mortis superatrix videlicet
licet lancea, domine, a te capta *est;* vinculum aquae-regis in fratris
54. tui custodia *est.* Nisumbho *sunt* ex oceano-procreata omnia gemmarum-genera;
marum-genera; Vahnis etiam dedit tibi duas igne-purificatas vestes.
55. Ita, o Daityorum-princeps! res pretiosae omnes captae *sunt* a te,
feminarum-margarita illa pulchra a te quamobrem non prehendi-
56. tur? Audito ita sermone, Tschandi-*et* Mundi, Sumbhus ille tunc
57. dimisit Sugrivum nuntium ad Deviam, magnus-Asurus. Ita et ita
etiam compellanda *est* illa, postquam iveris ex sermone meo, ut-
58. que accedat lubenter, *id* ita efficiendum a te facile. Hic postquam
eo iverat, quo commorabatur in montana-regione valde-amoena,
hanc Deviam deinde allocutus est suave mellita voce.

Nuntius dixit:

59. O Devia! Daityorum-dominus Sumbhus in trimundo summus-princeps
ceps *est,* nuntius ego missus ab hoc coram-te heic profectus *sum.*
60. Qui non-repudiatis-*est* mandatis semper apud omnes Deorum-feminas,
feminas, vincens-omnes-Daityorum-hostes hic, quod dixit, audi
61. hoc: ,,Meus *est* trimundus universus mihi Dii obedientes *sunt,*
62. ,,sacrificiorum-portionibus ego omnibus fruor singulis singulis. In
,,trimundo res-pretiosas possideo omnino, similiter eximius-ele-
63. ,,phantorum etiam captus *est,* Dei-Indri-vector. E lactis-oceani-
,,agitatione-exorta equorum-margarita mea *est,* Utschtschaisravus-
,,cognominatus, ab immortalibus veneratione exhibita hic creatus *est.*
64. ,,Quaecque aliae apud Deos, Gandharvos et Serpentes res-pretiosae
65. ,,existunt, haec mihi sunt, o splendida! Feminarum-margaritam
,,te, o Devia! in mundo putamus nos, ipsa tu ad nos accede, quia
66. ,,margaritarum-cultores nos *sumus.* Me, aut meum fratrem-mino-
,,rem etiam Nisumbhum ingenti-fortitudine-*praeditum* cole tu, va-
,,cillantibus-oculi-angulis *instructa!* cum profecto margarita sis.

67. „Summum imperium incomparabile adipiscere e mei-coniugio, hoc „mente considerato mei-coniugium elige."

Sapiens dixit:

68. Ita compellata illa tunc Devia profunde-subridens exclamavit Durga, excelsa fausta abs quâ hic sustentatur mundus.

Devia dixit:

69. Veritas dicta *est* a te, nec heic falso a te prolatum quicquam, trimundi-princeps *est* Sumbhus Nisumbhusque etiam talis *est*.
70. Verumtamen heic, quod votum *est* quomodo hoc frustretur? au-
71. diatur a te imprudente votum quod factum sit olim. „Qui „me devincit in pugna, qui meam superbiam supprimit, qui mei
72. „similis-vi *est* in mundo, is meus maritus erit." Quare accedat Sumbhus huc Nisumbhusve magnus-Asurus, me devicta, confestim certe manum capiet meam facile.

Nuntius dixit:

73. Superba es, ne ita tu, o Devia, loquere me coram, in trimundo
74. quis vir stet coram Sumbho-*et* Nisumbho? Reliquis etiam Daityis omnes Dii non in proelio resistunt adverso ore, o Devia,
75. quanto minus femina tu sola? Contra quos Indrus-*et* reliqui omnes Dii in pugna haud resistunt, quomodo contra hos Sumbhum-
76. *et* reliquos femina procedas adverso ore? Ipsa tu accedas, a me etiam compellata, ad Sumbhum-et Nisumbhum ne capillorum-attractu-deiecta-gravitate venias.

Devia dixit:

77. Ita hoc; fortis *est* Sumbhus Nisumbhusque ingenti-fortitudine *praeditus*, quid faciam, votum a me cum inconsiderate *sit* factum olim?
78. Ipse tu abeas, a me dictum tibi quod *est*, hoc omne cum veneratione enarra Asurorum-principi, isque quod aptum *videatur*, faciat.

CANTUS VI.

Sapiens dixit:

1. Ita audito sermone Deviae, ille nuntius irâ-impletus narrabat *illa*
2. accedens Daityorum-regi fuse. Huius nuntii illum sermonem cum
audisset Asurorum-rex deinde, iratus allocutus est Daityorum ducem
3. Dhûmralotschanum. „Heus Dhûmralotschane! celeriter tu proprio-
„exercitu-circumdatus illam ducas vi improbam capillorum-tractu-
4. „agitatam. Huius-servator quod si quis exsurgat alius, is occiden-
5. „dus *est* immortalis vel Yacschus vel Gandharvus etiam *sit*." Ab
hoc iussus deinde celeriter ille Daityus Dhûmralotschanus, circum-
6. datus sexaginta millibus Asurorum, celeriter abiit. Hic videns il-
lam deinde Deviam in frigoris-monte-commorantem, clamabat
7. alte: „progredere coram Sumbho-*et* Nisumbho. Nisi sponte
„iam tu ipsa ad meum-dominum accedes, tum vi ducam *te* ipse
„capillorum-tractu agitatam."

Devia dixit:

8. A Daityorum-principe missus *est* dux (fortis) exercitu-circumda-
tus; vi abduces me ita, deinde quid tibi faciam ego?

Sapiens dixit:

9. Ita compellatus hic irruit in illam Asurus Dhûmralotschanus; incan-
10. tatione cum in cinerem vertit Ambica deinde. Tunc iratus ma-
gnus-exercitus Asurorum etiam Ambicam operuit telis acutis atque
11. lanceis-*et* securibus. Deinde quassans-iubam, iratus, edens so-
num perhorrendum, irruit in Asurorum-exercitum leo Deviae ip-
12. sius-vector. Quosdam ungularum-ictu Daityos, vultuque alios,
proterendo quoque deorsum alios occidit celeriter magnos-Asuros.
13. Quorundam lacerabat unguibus praecordia leo atque pedum-ictu
14. capita dissecabat. Fissi-brachiis-*et* capitibus redditi *sunt* ab illo

quoque alii, bibitque sanguinem e praecordiis aliorum quassans-
15. iubam. Statim ille exercitus universus exstinctus *est* a magnanimo
16. illo leone, Deviae vectore perirato. Audiens illum Asurum a
Devia occisum Dhûmralotschanum, exercitumque deletum universum
17. a Deviae-leone deinde; iratus est Daityorum-princeps Sumbhus
trementibus-labiis, mandata deditque ambobus Tschando-*et* Mun-
18. do, magnis-Asuris. ,,Heus Tschande! heus Munde! copiis multis
,,circumdati illuc itote, aggressisque *vobis* illa adducatur celeriter.
19. ,,Capillis attractâ *illâ* vel ligatâ, si vobis dubium *erit* in pugna, tunc
20. ,,omnibus-telis ab omnibus Asuris occidatur. Hâc occisâ improbâ
,,leoneque prostrato, celeriter aggrediminor ligantes *et* capientes il-
,,lam deinde Ambicam."

CANTUS VII.

Sapiens dixit:

1. Iussi illi deinde Daityi Tschando-*et* Mundo-ducibus, exercitu e
2. quatuor-partibus-instructi profecti sunt sublatis-telis. Viderunt
illi deinde Deviam paululum-ridentem adstantem super leonem in
3. montium-principis-cacumine, magno, aureo. Qui cum vidissent,
abripiendi eam dederunt operam intenti, attractos-arcus-et enses-
4. gestantes etiam alii in eius-propinquitatem ibant. Deinde irata est
magnopere Ambica contra hostes istos, irâ quoque eius vultus
5. atramentario-colore erant tunc. Superciliorum-contractione ex
illius frontis-osse celeriter Kâlia, terribili-facie prodiit, ensem-*et*
6. funem-ferens, varias-clavas-gerens, viri-barbâ-ornata, pardi-
7. pelle-tecta, arida-carne valde horrenda, admodum-expanso-vultu,
linguâ-balbutiente-terribilis, submersis-rubris-oculis, strepitu-im-
8. plens-terrarum-orbes. Haec celeritate irruens, delens magnos-
Asuros, in exercitu ibi Diis-inimicorum devorabat huius-vigorem.

9. Agminis - extremi - ducibus - stimulatoribus - pugnatoribus - *et* tintinna-
10. bulis - praeditos, tollens una - manu, *suo* ori iniecit elephantos. Simi-
liter quoque pugnatorem cum equis, currum cum auriga, iniiciens
11. ori, dentibus conterit atrociter. Alium cepit capillis, collo deinde
12. alium, pede calcans quoque alium, pectore alium vulnerabat. Ab
istis Asuris soluta quoque tela, itemque magna - arma ore prehen-
13. dit irâ, dentibus*que* disturbata *sunt* etiam. Fortium illum ex-
ercitum universum Asurorum magnanimorum contrivit, devoravitque
14. alios, alios quoque percussit tunc. Ense occisi quidam, quidam
clavâ - percussi pessum ibant Asuri dentium - cuspidibus - laesi quo-
15. que. Confestim illum exercitum universum Asurorum prostratum
16. videns Tschandus, irruit in illam Kâliam valde - terribilem. Sa-
gittarum - imbribus perhorrendis, horribilem - visu illam magnus-
17. Asurus operuit discis etiam a Mundo - iactatis millenis. Hi disci
innumeri intrantes illius - os splendebant, sicut solis - orbes permulti
18. nubium - ventrem *illuminantes*. Deinde risit valde - furens, terribi-
lem in modum, horrendum - edens - strepitum Kâlia in ore - terribili -
19. intus - horrendis - visu - dentibus - fulgens. Conscendens etiam ma-
gnum - leonem Devia in Tschandum irruit, prehensumque eius ca-
20. pillis caput, illo ense fidit. Tum Mundus quoque irruit in eam,
intuens Tschandum prostratum, illum etiam irâ prostravit humi
21. ipsa clavâ - laesum. Copias subsidiarias deinde occisas conspiciens,
Tschandum prostratum; Mundum deinde peringenti - fortitudine *prae-*
22. *ditum* in aera vibravit horrendum in modum. Caput Tschandi Kâ-
lia etiam corripiens, Mundum*que* item, dixit perirata - cachinnans ac-
23. cedens Tschandicae: „A me ambo heic correpti *sunt* Tschandus-
„*et* Mundus, magnae - ferae, in pugnae - sacrificio ipsum Sumbhum
24. „Nisumbhumque occides." Illos adductos deinde conspiciens
Tschandum - *et* Mundum, magnos - Asuros, dixit Kâliae, eximia
25. Tschandica hilarem sermonem: „Quia Tschandum et Mundum
„corripiens tu aggressa es „ „T s c h a m u n d a" " ita deinde in
„mundo appellata eris, o Devia!"

CANTUS VIII.

Sapiens dixit:

1. Tschando occiso Daityo Mundoque prostrato, multis etiam exerci-
2. tibus exstinctis, Asurorum-princeps deinde, irae-dedita-mente,
Sumbhus excelsus contentionem omnium-copiarum-Daityorum ius-
3. sit. „Nunc cum omnibus copiis Daityi octoginta-sex, sublatis-
„armis, Kamborum*que* octoginta-quatuor, exeant suis-copiis circum-
4. „dati. Kotium-fortitudine *praeditae* quinquaginta Asurorum gen-
5. „tes, *et* centum gentes Dhaumrorum progrediantur meo iussu. Kâ-
„laki, Daurhridi, Mauryi, Kâlakeyi, similiter Asuri proelio addicti pro-
6. „deant iussu accelerati meo." Ita cum iussisset Asurorum-dominus
Sumbhus, terribilis-iussu, exiit magnorum-exercituum-millibus
7. multis circumdatus. Accedentem Tschandica videns illius-exerci-
tum valde-horrendum, nervi-strepitu implevit terrae-*et* aëris-spa-
8. tium. Deinde leo magnum-sonitum edidit, o princeps, tintinna-
9. bulorum-strepitu hunc sonitum Ambica etiam obtudit. Arcus-
nervi-leonis-*et* tintinnabulorum strepitu horrendo, personans-terra-
10. rum-regiones, Kâlia clamabat, ore diffuso. Hoc strepitu au-
dito quatuor-regiones *implente*, a Daityorum-copiis iratis De-
11. viae-leo et Kalia *erant* circumdati. Hoc tempore, o prin-
ceps, ad exitium Deorum-hostium *et* ad salutem immortalium-leo-
12. num summa-vi-*et* fortitudine-praeditae Brahmi-Isi-Guhi-Visch-
nuis itemque Indri Vires (*ἐνέργειαι*) e corporibus egressae, cum
13. illorum-formis in Tschandicam intrarunt. Cuilibet Deo quae
erat forma, quale ornamentum-et vehiculum, talis etiam eius-Vis
14. Asuros pugnatum accessit. Anseribus-iuncto-curru-insistens, cum
corona *calculorum precatoriorum-et* olla fictili accessit Brahmi-Vis,
15. Brahmânia ea appellatur. Mâhesvaria (magna-domina) tauro-
vecta, tridentem eximium-gestans cum armillâ-e magno-serpente
16. *confectâ* aggressa *est*, lunâ-falcatâ-exornata. Kaumâria hastigera

et pavone-eximio-vecta pugnatum adiit Daityos Ambica, Guhi-
17. forma-praedita. Similiter etiam Vischnuis Vis, Garudo-insistens,
concham-discum-clavam-arcum Vischnuis-*et* ensem-gerens accessit.
18. Sacrifici-apri incomparabilem formam gestantis Haris quae Vis *est*,
19. ea etiam accessit illuc apriforme gestans corpus. Nârasinhia, Nri-
sinhi gerens simile corpus accessit illuc iubae-quassatione-quatiens-
20. stellarum-agmen. Fulmen-gestans similiter Aindria elephantorum-
rege-insistens accessit, oculorum-millibus *praedita* sicut Sacrus ipsa
21. utique. Tunc circumdatus ab his Isânus Deorum-Viribus: „pe-
22. „reant Asuri celeriter in meam gratiam" dixit Tschandicae. De-
inde e Deviae-corpore autem egressa perhorrenda Tschandica, Vis
valde-terribilis, canum aureorum-centuriae-*similem*-strepitum edens,
23. ipsa etiam dixit purpureâ-implicatâ comâ *praedito* Isâno invicta: „nun-
24. „tius tu proficiscere, o excelse, ad Sumbhum-*et* Nisumbhum. Allo-
„quere Sumbhum Nisumbhumque Danavos valde-superbos, alios-
25. „que Danavos ibi pugnatum aggressos: „ „Trimundum Indrus acci-
„ „piat, Dii fruantur sacrificiis, vos procedite ad Tartarum, si vivere
26. „ „cupitis. Fortitudinis-superbiâ autem si vos pugnae-cupidi *estis*,
27. „ „tunc accedite, gaudeant mei-canes aurei carne vestra." " Quia
mandatum *est* nuntii-munus ab illa Devia Sivo ipso, Sivadûtia ita
28. in mundo hocce deinde illa nomen consecuta est. Illi quoque
audito sermone Deviae a Sarvo-prolato magni-Asuri, irâ-impleti
29. processere quo Kâtyâyania stabat. Tunc primum coram *illa* sa-
gittarum-hastarum-ensium-pluviis obruebant irâ-tumentes illam De-
30. viam immortalium-hostes. Ipsa quoque has emissas sagittas,
hastas-discos-*et* secures dissecavit iocans stridente-arcu-solutis
31. magnis-sagittis. Prope eam deinde Kâlia hastarum-ictibus-di-
laceratos, clâva-vulneratos etiam hostes efficiens, incedebat tum.
32. Ollae fictilis-aquae-effusione-delctam-vim *habentes* exstinctos for-
33. titudine Brahmânia effecit hostes, quocunque cucurrit. Mâhesva-
ria tridente, similiter disco Vaischnavia Daityos occidit, Kaumâria
34. utique hastâ, irata. Aindriae-fulminis-ictu centeni Daityi-*et* Da-
35. navi cecidere dilacerati humi, sanguinis-copiam-effundentes. Oris-
impetu-laesi, dentibus-acutis-vulnerati-pectoribus, Apriformis con-

36. cidere disco etiam dilacerati. Unguibus dilaceratos etiam alios
devorans magnos-Asuros, Nârasinhia incedebat in pugna, sonitu-
37. implens-regiones-*et* spatium. Terribilibus-cachinnis Asuri a Si-
vadûtia-laesi cecidere humi, lapsos hos comedit deinde illa tum.
38. Ita matrum-catervam iratam conterentem magnos-Asuros cum vi-
39. disset, variis modis periere Deorum-hostium-copiae. Fugae-de-
ditos cum vidisset Daityos matrum-catervâ-vexatos pugnatum irruit
40. iratus Ractavidschus magnus-Asurus. Sanguinis-gutta quando in
terram decidit ex eius corpore, exsilit e terra ipsi-similis tunc Asu-
41. rus. Dimicabat hic clavam-manu-gerens cum Indri-Vi magnus-
Asurus, tunc etiam Aindria suo-fulmine Ractavidschum vulneravit.
42. Fulmine icti celeriter huius profluxit sanguis, exsiliere deinde pu-
43. gnatores istius-formâ, istius-fortitudine *praediti.* Quot decidere
ex eius corpore sanguinis-guttae, tot viri orti *sunt,* istius-fortitu-
44. dine-vi-*et* robore *instructi.* Hi quoque dimicabant ibi viri san-
guine-exorti cum matribus perduro telorum-vibratione-horrendo
45. modo. Iterumque cum fulminis-ictu vulneratum *esset* eius caput,
46. effudit sanguinem, viri*que* tunc procreati *sunt* milleni. Vaischnavia
in pugna etiam illum disco feriit, clavâ vulneravit Aindria hunc
47. Asurorum-dominum. Vaischnaviae-disco-fissi sanguinis-effusione-
exortis, millenis mundus penetratus *est* illi-similibus magnis-Asuris.
48. Hastâ vulneravit Kaumâria, Apriformis similiter ense, Mâhesvaria
49. tridente Ractavidschum magnum-Asurum. Ipse quoque clavâ
Daityus omnes etiam feriit singulas utique matres, irâ-repletus
50. Ractavidschus magnus-Asurus. Huius vulnerati multifariam hastâ-
lanceâ-*et* aliis, humi decidit quae sanguinis-copia, ex hac exstitere
51. centeni Asuri. His etiam Asurorum-sanguine-exortis Asuris uni-
versus mundus penetratus erat, deinde Dii metum adibant summum.
52. Hos perterritos Deos conspiciens, Tschandica dixit benignissime *et*
53. affata est Kâliam: ,,O Tschamunda, os expande, meorum-telo-
,,rum-ictibus-exortas sanguinis-guttas, magnos-Asuros, e sanguinis-
54. ,,gutta absorbe tu ore hocce celeriter.'' Devorans incede in pu-
gna ab-illo-procreatos magnos-Asuros, ita ille in exitium Dait-
55. yus, sanguine-deleto vocabit. Devoratis a te horrendis, alii

etiam haud exorientur, ita allocuta illam tunc Devia lanceâ vulne-
56. ravit illum. Ore Kâlia excepit Ractavidschi sanguinem, deinde
57. hic feriit tunc clavâ ibi Tschandicam. Neque illi dolorem effecit
clavae-ictus minimum quoque, ipsum etiam feriit Devia clavâ im-
58. probum. Ex huius vulnerati corpore autem multum profluxit san-
59. guinis huc et illuc, hunc ore Tschâmunda absorpsit. Ex illius
ore qui egrediebantur sanguine-decidente magni-Asuri, hos devo-
60. ravit tunc Tschâmunda bibitque eorum sanguinem. Devia, hastâ
fulmine sagittis ensibus gladiis occidit Ractavidschum illum, cuius-
61. sanguinem-biberat-Tschâmunda. Hic decidit in terram supinus,
telorum-copiâ-vulneratus, exsanguis quoque *erat*, o terrae-custos,
62. Ractavidschus magnus-Asurus. Deinde illi gaudium summum nacti
sunt tredecim, o rex; occiso isto matrum-caterva saltabat sanguine-
inebriata.

CANTUS IX.

Rex dixit:

1. Admirabilis haecce exposita, o excelse! a te mihi Deviae rerum
2. gestarum-maiestas ad Ractavidschi-caedem-pervenit. Ulterius
quoque cupio ego audire, quid, Ractavidscho occiso, Sumbhus fe-
cerit, Nisumbhusque valde iratus.

Sapiens dixit:

3. Iratus est magnopere, Ractavidscho occiso, Sumbhus-Asurus Ni-
4. sumbhusque, occisis reliquis quoque in pugna. Occisum magnum-
exercitum cum vidisset, iram emittens irruit Nisumbhus tunc cum
5. excellentissimo Asurorum-exercitu. Huius a fronte itemque a
tergo et lateribus magni-Asuri collidentes-labia-superiora, irati

6. occisum Deviam aggressi sunt. Accessit pervalidus Sumbhus quo-
que a suis-copiis circumdatus occisum Tschandicam ex ira, post-
7. quam pugnarat cum Matribus. Deinde proelium grave erat De-
viae Sumbhi-Nisumbhique, sagittarum-pluviam valde-horribilem
8. nubium veluti effundentium. Fidit emissas sagittas ab his Tschan-
dica ipsius-sagittarum-fasciculis, percussitque membra telorum-co-
9. piis Asurorum-principum. Nisumbhus acutum ensem scutumque
sustulit persplendidum *et* vulneravit in capite leonem Deviae ve-
10. ctorem eximium. Vulnerato vectore Devia, sagittâ-pedis-equi
formam gerente gladium eximium Nisumbhi celeriter fidit scutumque
11. etiam octo-lunis-*ornatum*. Fractis scuto enseque hastam coniecit
iste Asurus, hanc quoque illius in duas-partes fregit disco ex-ad-
12. verso-irruentem. Irâ-incensus Nisumbhus tunc hastam arripuit
13. Dânavus, irruentem pugni-ictu Devia hanc etiam confregit. Col-
lineans tunc clavam iste coniecit in Tschandicam, haec quoque
14. Deviae tridente fissa, in cinerem versa *est*. Deinde securim-
manu-ferentem illum irruentem Daityorum-optimum, vulneravit De-
15. via sagittarum-copiis et prostravit humi. Hoc prostrato humi Ni-
sumbho terribili-fortitudine ob fratrem valde iratus progressus est
16. *Sumbhus* occisum Ambicam. Iste cum curru-insistens tunc, in al-
tum sublatis-eximiis-armis, brachiis octo validis penetraret, totum
17. fulgebat coelum. Hunc accedentem intuens Devia, concham infla-
18. vit, nervi-sonum etiam arcus effecit difficillimum-toleratu. Imple-
vit regiones propriorum-tintinnabulorum-sonitu, omnium-Daityo-
19. rum-exercituum roboris-exitium-efficiente. Tunc leo magno-
stridore, derelictorum-elephantorum-coitum appetentium *simili* im-
20. plevit aëra, terram itemque intermedias plagas decem. Deinde
Kâlia in aëra prosiliendo terram pulsavit manibus, harum-strepitu
21. priores-stridores illi obtecti sunt. Cachinnum infaustum Sivadûtia
edidit, his strepitibus Asuri perterriti sunt, Sumbhus*que* summâ in-
22. census est irâ. Cum „improbe, sta, sta!" ita clamasset Ambica,
23. tunc „victoria" ita exclamatum est a Diis in aëre-stantibus. A
Sumbho accedente quae hasta missa *eràt* fulgore-terribilis, *et* ag-
grediebatur, flammae-cacumini-similis, ea magno-meteoro igneo re-

24. iecta *est.* Leonino-rugitu Sumbhi repletus est trimundus-*et* in-
teriectum spatium, venti impetus-strepitus horribilis exortus est, o
25. terrae-princeps! A Sumbho-missas sagittas Devia, Sumbhus ab
hac-emissas sagittas fidit suis-sagittis horrendis centenis atque mil-
26. lenis. Deinde ipsa Tschandica irata hastâ percussit eum; is tunc
27. ictus in terram exanimis concidit. Tunc Nisumbhus qui recupe-
rarat mentem, arcum-arripiens feriit sagittis Deviam, Kâliam itemque
28. leonem. Iterumque procreans brachiorum ayutum Danue-nato-
29. rum-princeps disco-*et* telis Ditiâ-natus operuit Tschandicam. De-
inde excelsa irata Durga gravis-doloris-deletrix fidit illos discos
30. suis-sagittis iaculaque illa. Tunc Nisumbhus celeriter clavam sustu-
lit, *et* in Tschandicam irruit occidendam, Daityorum-exercitu-cir-
31. cumdatus. Huius irruentis etiam celeriter clavam fidit Tschandica,
32. ense acutae-cuspidis, ipseque hastam sustulit. Hastigerum istum
accedentem Nisumbhum immortalium-vexatorem in corde feriit lan-
33. ceâ celeritate-vibratâ Tschandica. E fissi huius hastâ corde pro-
34. diit alius vir pervalidus magno-robore ,,sta" ita dicens. Huius
egressi caput Devia irridens alta voce tunc fidit ense, deinde ille
35. concidit humi. Deinde leo devorabat dure dentibus-fractas-cer-
36. vices *habentes* Asuros itemque Kâlia et Sivadûtia alios. Kaumâriae-
hastâ-dissecati alii interiere magni-Asuri, Brahmâniae-incantatione-
37. lustratâ aquâ alii deleti sunt. Mâhesvariae-tridente fissi conci-
dere similiter alii, Vârâhiae-vultus-ictu alii contriti *sunt* in terra.
38. In partes disco Vaischnaviae Dânavi dissecati *sunt,* fulmine Ain-
39. driae-extremis digitis-vibrato etiam alii. Alii periere Asuri, alii
in magno-proelio exstincti *sunt,* devoratique *sunt* alii a Kâliae-*et*
Sivadûtiae-leonibus.

CANTUS X.

Sapiens dixit:

1. Nisumbhum occisum videns fratrem vitae-instar-dilectum, prostra-
2. tumque exercitum Sumbhus iratus dixit: „Fortitudinis-superbiâ,
„o tu prava Durga! ne superbam te praebeas, aliarum fortitudine
„assumpta dimicas admodum-arrogans."

Devia dixit:

3. Sola profecto ego in mundo *sum,* hcic altera praeter me quae alia?
conspice illas, o stulte, in me intrantes, meas-evolutiones!

Sapiens dixit:

4. Deinde omnes illae Deae Brahmânia-duce facile huius Deviae cor
pus ingressae sunt; sola certe erat tunc Ambica.

Devia dixit:

5. Ego evolutione in multis heic formis quod (i. e. qualis) praesens *sum,*
id inclusum est in me, sola certe adsto, in pugna firmus esto!

Sapiens dixit:

6. Tunc versabatur pugna terribilis, amborum Deviae et Sumbhi, in-
7. tuentibus omnibus-Diis Asurisque. Sagittarum-imbribus acutis te-
lis, itemque armis horrendis horum exstitit porro pugna, omni-
8. bus-mundis-timorem-inferens. Coelestia tela quae Ambica de-
inde centena dimisit, fregit haec Daityorum-princeps per illis-ad-
9. versos ictus. Emissa ab illa quoque tela coelestia, summa-Domina
fregit per lusum certe durum in modum incantationibus-*et* aliis.
10. Tunc sagittarum-centuriis Deviam operuit iste Asurus, ipsa quoque
11. de isto-irata Devia arcum fidit sagittis. Fisso arcu Daityorum-
princeps tunc hastam sustulit, fidit Devia disco hanc in eius manu.

12. Deinde ensem tollens centum-lunis *ornatum* et splendidum, irruit
13. deinde in Deviam Daityorum princeps. Huius irruentis etiam
celeriter ensem fidit Tschandica arcu-missis acutis sagittis, scutum-
14. que solis-radii-*veluti* fulgens. Equosque prostravit *et* currum cum
auriga, occisis-equis hic *erat* tunc Daityus, fisso-arcu *et* sine-auriga;
15. arripuit malleum terribilem ad Ambicae-exitium-paratus, fidit ir-
ruentis huius malleum emissis sagittis; nihilominus accurrit ad il-
16. lam capulum emittens celeriter. Is capulum iniecit cordi Daityo-
rum-optimus Deviae, hunc etiam ipsa Devia plantâ-pedis in pe-
17. ctore vulneravit, plantae pedis-ictu-percussus concidit in terram;
18. hic Daityorum-rex celeriter iterum etiam exsurrexit. Cum exsi-
luisset et arripuisset sursum Deviam, in aëra se erexit; heic quo-
que illa sine-fundo (i. e. terra haud insistens) dimicavit cum isto
19. Tschandica, pugnam in aëre tunc Daityus et Tschandica mutuo,
dimicabant egregiam pugnam sapientum-admirationem-excitantem.
20. Deinde pugnâ perdiu pugnatâ cum illo Ambica abripiens *eum*
21. conquassavit *et* deiecit in terram; iste deiectus in terram, nactus
capulum sustulit celeriter *et* irruit, pravo-animo Tschandicae-exi-
22. tium-cupiens; hunc accedentem deinde Devia omnium-Daityo-
23. rum-gentium-principem humi prostravit, pectore hastâ fisso. Is
exanimis decidit in terram Deviae-hastae-cuspide-vulneratus, agi-
tans universam terram cum-maribus-*et* insulis, *et* cum-montibus.
24. Deinde quietum *erat* universum occiso hoc improbo, mundus sa-
25. lutem summam nactus est, serenumque erat coelum; portento-
sae-nubes cum-meteoris igneis quae antea exstiterant, hae sunt
tranquillatae, flumina cursum-sequentia etiam erant, illo occiso.
26. Tunc Deorum-catervae omnes *prae* gaudio-allevatis-animis erant,
27. occiso hoc, Gandharv*ique* laeta cecinerunt; cantabant etiam alii,
saltaruntque Apsarasarum-catervae, flabant puri etiam venti,
persplendidus erat sol, fulgebant quoque ignes placati sedatis-re-
gionibus-exortis-sonis *praediti.*

CANTUS XI.

Sapiens dixit:

1. A Devia occiso ibi magnorum-Asurorum-principe, cum-Indro Dei,
a Vahne-ducti, illam Kâtyâyaniam laudabant voti-impetrationis
causa, collustratâ-vultus-loto-collustrati-spe.

Dii dixerunt:

2. O Devia, accedentem-dolorem-rapiens fave, fave, o mater mundi
totius, fave, universi-Domina! tuere universum, tu *es* Domina, o
3. Devia, mobilium-immobilium*que.* Fundamentum-es mundi tu
sola, terrae-tuâ-formâ quia ades, aquarum tuâ-formâ-praesente a
4. te hoc etiam penetratur universum, o insuperata-vi *praedita!* Tu
es Vaischnaviae-Vis, infinito-robore, universi semen, summa es Ma-
gia, conturbatum, o Devia, universum hoc *est,* tu etiam propitia in
5. terra beatitudinis-causa *es!* Scientiae omnes tuae, o Devia, *sunt*
partes, feminae*que* omnes fertiles in mundis, a te solâ Ambâ im-
pletum hoc *est universum;* quae tua collaudatio laude-insignis
6. summa-enuntiatio *dici possit?* Universum quia es Dea coelum-
et beatitudinem-praebens tu laudata, collaudationi tuae quaenam
7. sint summae-enuntiationes? Omnium intellectus-formâ homi-
num in corde insistens! coelum-*et* beatitudinem-dans! Devia Nâ-
8. râyania, adoratio sit tibi. Kalae-*et* Kâschtae-*et* reliquorum-
formâ mutationem-praebens! in universi fine potens! Nârâyania,
9. adoratio sit tibi! In omni-felicitate-salutaris! Siva, in omnibus-
rebus-perfecta, Refugium, Triops, Gauria, Nârâyania, adoratio sit
10. tibi! Creationis-conservationis-*et* deletionis vis, aeterna, qualita-
11. tis-sedes! ex virtutibus-constans, Nârâyania, adoratio sit tibi! Re-
fugium-quaerentium-miserorum-vexatorum-servationem-efficiens!
uniuscuiusque dolorem-rapiens, o Devia, Nârâyania, adoratio sit
12. tibi! Anseribus-iuncto-curru-insistens, Brahmâniae-formam-ge-

stans, Kausâmbhaskscharika, o Devia, Nârâyania, adoratio sit
13. tibi! Tridentem-lunam-*et* serpentem-gestans, magno-tauro-vecta,
14. in magnae-dominae-tuâ-formâ, Nârâyania, adoratio sit tibi! A
pavonibus-*et* gallis-circumdata, magnam-lanceam-gerens, libera a
peccatis, Kaumâriae-formâ-praedita, Nârâyania, adoratio sit tibi!
15. Concha-disco-clava-arcu-arrepta-eximia-tela *tenens*, fave Vaischna-
16. viae-formâ *praedita,* Nârâyania, adoratio sit tibi! Tenens-terri-
bilem-magnum*que*-discum, dentibus-extollens-terram, Apriformis,
17. Siva, Nârâyania, adoratio sit tibi! Nrisinhi-formâ horribili occi-
dendis Daityis intenta, trimundi-conservationi-studens! Nârâyania,
18. adoratio sit tibi! Tiarata, magnum-fulmen *quassans,* mille-ocu-
lis-fulgens, Vritri-animam-rapiens, Aindria, Nârâyania, adoratio
19. sit tibi! In Sivadûtiae-tuâ-formâ Daityorum-magni-exercitus-
deletrix, formâ-terribilis, alte-sonans, Nârâyania, adoratio sit tibi!
20. Terribile-dentibus-os *habens,* capitis-serto-ornata, Tschâmunda,
21. Mundum-agitans; Nârâyania, adoratio sit tibi! Fortuna, Pudor,
magna-scientia, Fides, Nutrimentum, Svadha, Firma, magna-nox,
22. magna-fortitudo, Nârâyania, adoratio sit tibi! O Prudentia, Sa-
rasvatia (Lingua), Eximia, Existentia, Nutriens, Caliginosa, Cohi-
23. bita, tu fave, Domina, Nârâyania, adoratio sit tibi! Undique ma-
nibus-*et* pedibus *praedita,* undique oculis-capitibus-*et* vultibus *in-
structa* undique aures-*et* odoratus *gestans,* Nârâyania, adoratio sit
24. tibi! Universi-propriam-formam *habens,* Universi-domina, Uni-
versi-vi-praedita, e timore serva nos; o Devia, Durga, Devia, ado-
25. ratio sit tibi! Haec tua facies pulchra, oculis-tribus-ornata, tue-
26. atur nos ab omni-timore, Kâtyâyania, adoratio sit tibi! Fulgore-
terribilis, perhorrendus, omnes-Asuros-delens tridens tueatur nos a
27. timore, Bhadrakâlia, adoratio sit tibi! Quod occidit Daityorum-
vires, sonitu implens mundum, illud tintinnabulum, tueatur nos, o
28. Devia, à peccatis, nos filios veluti! Asurorum-sanguine-medullâ-
luto*que* pollutus tuus radii-instar-fulgens ensis saluti sit, o Tschan-
29. dica, tibi inclinati nos *sumus!* Aerumnas omnes depellis contenta,
irata autem voluptates omnes exoptatas, ad te confugientibus nulla
calamitas hominibus *accidit,* ad te confugientes enim asylum accedunt.

30. Illa peracta quae *est* deletio a te nunc religionis-hostium, o De-
via, magnorum-Asurorum, formis innumeris, multifariam corpore
31. assumpto, o Ambica, hanc perficiat quae alia? In scientiis, in do-
ctrinis, distinctionis-facibus, in principiis, in sermonibus etiam quae
praeter te alia *est et* in sui-studio, permagnam-obscuritatem-effi-
32. ciente, agitat hoc magnopere universum. Ubi Racschasi *sunt* at-
que horribili-veneno-*praediti* serpentes, ubi inimici *et* ubi hostium-
exercitus, ubi incendium-silvae, itemque in oceano-medio, ibi com-
33. morans, tu tueris universum. O universi-domina, tu tueris uni-
versum universi-naturâ *instructa,* conservas ita universum, ab uni-
versi-domino-(Brahmo) celebranda *es* tu ipsa, sunt in universi-re-
34. fugio qui tibi veneratione-inclinati *sunt.* O Devia, fave, serva
nos ex hostium-metu semper, sicut ex Asurorum-caede nunc su-
bito, peccata omnium-mundorum placa celeriter atque *placa* e por-
35. tentis-exorta magna-prodigia. Venerantibus fave tu, Devia, uni-
versi-aerumnarum-deletrix! a trimundi-incolis celebranda! mun-
dis*que* gratiam des!

Devia dixit:

36. Gratias do ego, Deorum-catervae! gratiam quam mente cupiatis,
eam eligite, dabo mundis auxilium.

Dii dixerunt:

37. „Omnium-malorum-inhibitio trimundi, universi-domina! ita etiam
„a te efficienda *est* nostrûm-inimicorum-caedes."

Devia dixit:

38. Vaivasvantis tempore aggresso vicesima-octava aetate Sumbhus Ni-
39. sumbhus duoque alii exorientur magni-Asuri. In Nandi-bubulci-
familia (domo) nascar, Yasodae-utero-exorta, tunc ambos delebo
40. Vindhyum-montem-habitans. Iterum etiam in perhorrenda forma
41. in terram descendens, occidam superbos Dânavos; devoranti
mihi hos horribiles superbosque magnos-Asuros rubri dentes erunt
42. Dâdimiae-flori-similes. Deinde me Dii in coelo, inque mor-

talium-mundo homines celebrantes laudabunt semper *me* rubris-
43. dentibus *praeditam*. Ulteriusque per saeculum sine-pluviis *et*
aqua, a sapientibus collaudata, in terra exoriar haud-utero-nata.
44. Deinde quia centum oculis intuear sapientes, praedicabunt homines
45. centum-oculis *praeditam* ita me tunc. Deinde ego totum mundum
proprio-corpore-exortis nutriam, Dii! fructibus, usque-ad pluvias
vitam-conservantibus; Fructigera ita nomen tunc adipiscar ego
46. in terra. Ibique occidam Durgamum-nominatum magnum-Asu-
47. rum, Durgae Deae ita illustre illud mihi nomen erit. Iterumque
quando, horrenda forma assumpta, in nivis-monte Raeschasos ego
48. devorabo sapientium conservationis-causa; tunc me sapientes
omnes laudabunt *veneratione* inclinatis-corporibus; Horrendae Deae
49. ita illustre illud mihi nomen erit. Quando Arunus-nominatus in
trimundo magnam-caedem perficit, tunc ego circumvagantem for-
50. mam assumens ex innumeris-apibus compositam, trimundi salutis-
causa occidam magnum-Asurum, Circumvagantem (Apem) ita me ho-
51. mines tunc celebrabunt omnino. Hoc modo quando malum Dâna-
vis-exortum erit, tunc descendens ego perficiam hostium-caedem.

CANTUS XII.

Devia dixit:

1. Hisce laudibus qui me semper enixe praedicabit, huius ego omnem
2. sollicitudinem sedabo, sine dubio. Madhuis-*et* Kaitabhi-interitum
atque Mahischi-Asuri-caedem itemque Sumbhi-*et* Nisumbhi exci-
3. dium qui celebrabunt, octavo, decimo-quarto et nono die in
unum animo-intenti qui audibunt utique religiose meam praecla-
4. ram maiestatem; his non ullum male-factum nec ex male-
facto-exorta calamitas erit, nec paupertas, nec optati-frustratio.

(13)

5. Non ab hoste vel fure, vel rege, non ab-telorum-ignium-aqua-
6. rum-copia unquam metus illi exorietur. Propterea haecce mea
maiestas perlegenda ab intentis audiendaque semper religiose; sum-
7. ma enim haec est salutis-via. Omnia praesagia autem ex Ma-
hâmâria-exorta, similiter triplex prodigium maiestas coerceat
8. mea. Ubi haec recte semper legitur in ara mea, nunquam hanc
9. relinquam, ibique praesentia est mea. In sacrificiis, in cultu, in
ignibus-sacris, in magno festo, universa haec mea historia enuntianda
10. atque audienda est. A gnaro ignarove sacrificium-victimae insti-
11. tutum lubenter exspecto similiter ignis-sacrificium. Quae sacra
anniversaria auctumno celebrantur, in his qui (devotione) religione-
12. instructus hanc meam audit maiestatem, *is* homo meo-favore ab
omni-sollicitudine-liberatus, divitiis-oryzâ-filiis-praeditus erit, sine
13. dubio. Hac mea maiestate similiter originibus praeclaris audi-
14. tis atque fortitudine in pugnis, impavidus exoritur homo. Hostes
intereunt, fausta prodeunt, gaudetque familia hominum meam ma-
15. iestatem audientium. In omni placandi-actione similiter in
somni-difficilis somniis et in spectrorum-tormentis duris, ma-
16. iestatem audiat meam. Portenta et spectrorum-tormenta hor-
renda et difficilis quem homines sentiunt somnus, placantur, faci-
17. lisque nascitur somnus. Infantium-daemonibus-oppressorum in-
fantium lenimen, in turbae-dissensione quoque hominibus amicitiae
18. causa *est* eximia. Impiorum omnium vim infirmans, summa dae-
19. monum-spectrorum-lemurum lectione utique deletrix. Universa
haec mea maiestas, me praebet-vicinam victimis-floribus-obla-
20. tionibus-suffimentis atque odoratis-flammis similiter optimis. Brah-
manorum cibis, sacrificiis, victimis-sacrificandis die-noctuque aliis-
que variis cibis, donis quovis anno, quod paratur mihi gaudium
21. id affertur hac pulchra historia semel audita, audita delet pec-
catum itemque liberat a morbis, salutem praebet prae lemuribus
22. originum mearum laudatio. Quia me auctore in pugnis pravi-
Daityi-exstincti-*sunt*, hoc audito hostibus-natus timor hominibus
23. haud oritur. Allatae a vobis a Brahmanicis-sapientibus et a
24. Brahmo laudationes, hae eximium praebent consilium. In sylva,

in loco deserto, a sylva-flagranti-circumfusus, sive in solitudine
25. circumdatus a furibus, captusve quoque ab hostibus, a leone-
et tigride-oppugnatus in sylva sive a sylvae-elephantibus, a cru-
deli rege iussus, occidendus, sive vinculis quoque constrictus;
26. agitatusve a vento, in navicula stans in magno-mari, sive telis
27. volantibus in praelio valde-horrendo, in omnibus-aerumnis ter-
ribilibus, sive doloribus-vexatus etiam, meam hancce historiam re-
28. cordans homo ex angustiis liberatur. Mea potestate leones-*et*
alia fures hostes*que* similiter e longinquo sane fugiunt meam hi-
storiam recordantes.

Sapiens dixit:

29. Sic locuta ipsa sanctissima Tschandica, terribili-vi-instructa, Diis
30. utique illic spectantibus, evanuit. Hi quoque Dii metu-vacantes,
omnibus hostibus occisis, sicut (olim) antea munera-sua curabant,
31. sacrificiorum-portionibus-fruentes. Daityi etiam, Sumbho Deo-
rum-hoste a Devia in pugna deleto * mundum-concutiente, per-
duro incomparabili-fortitudine-*praedito,* * Nisumbho quoque per-
32. valido omnes in Tartarum abiere. Talis est sanctissima Devia
illa Sempiterna iterum iterumque etiam oriens, o rex! mundi sa-
33. lutem perficit. Ab illa hoc universum conturbatur, ipsa certe
universum producit, ipsa vocata cognitionem, *et* contenta divitias
34. dat. Penetratur hoc universum Brahmi-ovum, o hominum prin-
ceps, ab illa Mahâkâlia, magno-tempore Mahâmâriae-formam ge-
35. rente. Ipsa certe modo Mahâmâria ipsa profecto haud creata
creatio est, stabilitatem animantium perficit, ipsa *est* modo Aeterna.
36. Nascendi-tempore hominibus est Fortuna secunda, incrementum-
praebens in familia, ipsa quoque moriendi-tempore similiter For-
37. tuna-adversa ad perniciem exoritur. Laudata, culta floribus suf-
fimentis-odoribus-*et* aliis etiam praebet divitias, filios similiter quo-
que in iure (religione) consilium praeclarum.

CANTUS XIII.

Sapiens dixit:

1. Haec tibi, o rex, narrata est Deviae-maiestas praeclara, talis-*est*
2. potestas illius Deviae, a qua hic sustentatur mundus. Scientia
similiter quoque efficitur excelsi-Vischnuis-magiâ; illâ tu ille
Vaisyusque perinde quoque alii sapientes conturbantur, conturbati
3. quoque in errorem incidunt etiam alii. Hanc aggredere, o magne-
rex! *tanquam* refugium, summam-Dominam, culta ipsa ab homi-
nibus voluptatem-coelum-*et* beatitudinem-dat.

Mârkandeyus dixit:

4. Sic huius sermone audito Surathus ille hominum-princeps, incli-
nando se *salutans* felicem hunc sapientem qui absolverat-vota.
5. Liber a sui studio et regni-abrepti *memoria* se dedit subito de-
6. votioni, illeque Vaisyus, o magne-sapiens! Conspiciendae-causa
Ambae, in fluminis-insula-commorans, ille quoque Vaisyus, de-
7. votionem exercebat Deviae-hymnum summum precans. Ambo in
hac insula, Deviae ficta statua ex humo, colebant illam floribus-suf-
8. fimentis-igne-*et* aquae libationibus. Ieiunantes, parcum-cibum
comedentes, in illam-defixi-animo, intenti praebebant victimam suo-
9. rum-membrorum-sanguine-conspersam. Sic enixe colentibus per
tres annos refraenatis-animis admodum-contenta mundi-servatrix
coram *illis* dixit Tschandica.

Devia dixit:

10. Quod desideratur a te o rex, a te etiam, o familiae-exhilarator!
a me hoc desideretur, omne valde-contenta dabo hoc.

Mârkandeyus dixit:

11. Deinde elegit princeps imperium securum in alia-nativitate, heic
quoque proprium regnum *et* occisum-hostis-exercitum *suo ipsius*
12. exercitu. Ille etiam Vaisyus tunc scientiam elegit liber-animo;
mihi sit ita desiderium-delens *scientia*, ego sim sapiens.

Devia dixit:

13. Paucis diebus, o princeps, tuum regnum adipisceris ipse, occisis
14. hostibus, haud vacillans tibi *illud* deinde erit. Mortuusque porro
adeptus nativitatem Deo Vivasvante, Sâvarnicus Manus nomen tibi
15. in terra erit. Vaisyorum-eximie! a te quae gratia a me exoptata
est, hanc dabo, ad perfectionem tuam scientia erit.

Mârkandeyus dixit:

16. Sic tribuens ambobus Devia sicut-optarant gratiam, evanuerat sta-
17. tim, religiose ab his laudata. Sic a Devia gratiam assecutus Su-
rathus Kschatriyorum-optimus, a Sole nativitatem nactus, Sâvarnis
erit Manus.

ANNOTATIONES.

CANTUS I.

Sl. 1. *a.* मनुः | Secundum Man. I. 61-63. septem, secundum Bh. X. 6. quatuor et secundum Ham. et Langl. Cat. p. 56, 57. quatuordecim sunt Manues, quorum primus स्वयम्भू *per se ipsum-existens,* Brahmi filius Man. VIII. 124. saepius autem idem ac Brahmus apparet; quodsi inter utrosque discernere velis, illum Manuem inter creatorem Brahmum et mundum interpositum putare possis. Ex aliis locis ea Brahmi et Manuis ratio patet, ut ille mundi omniumque rerum sit creator atque conditor, hic autem moderator atque princeps omnium ad spiritum et mentem humanam spectantium rerum, Ram. Ser. III. 77. 4, 5., hanc ob causam homines appellantur मनुजाः *Manuenati.* Praeter mentem et spiritum ipsum etiam omnes quae ad hominum salutem exoriuntur institutiones, Manui tribuuntur. Ex hac ethico-spirituali significatione legum corpus, a Brahmo ipso conditum, per Manuem hominibus promulgatum est. Appellatur Manus आदिराज *primus-rex,* Ram. Schl. I. 6. 4. मानवेन्द्र *hominum-princeps* ibid. I. 6. 19. वैवस्वत *Vivasvantis (Solis) filius,* qui auctor est novae post diluvium creationis; Diluv. v. 51, 55. Ram. Ser. III. 77. 4, 5. प्रजापति *animantium-dominus* ibid.

Sl. 2. *a.* मन्वन्तराधिपः | ad verbum: *Manuis-aetatis-princeps.* Naturae sive mundi existentia ex Indorum notionibus diversis magnis aetatibus vel temporis intervallis (अन्तर) completur, quorum cuilibet praeesse Manuem moderatorem putant, hinc मन्वन्तर usurpatur. Innumerae existunt tales Manuis aetates (मन्वन्तराणि) Man. I. 80. Nam Indi hac opinione studebant corrigere falsum illud, quod inest finitae isti cogitandi rationi qua rerum initium statuebant, quamquam hac re vitium illud obtectum potius quam sublatum esse facile apparet. Praeterea, si accuratius inquiris, quatuor statuunt aetates, (युग) scilicet कृत, त्रेता, द्वापर et कलि Man. I. 86. Depravationem deinceps apparentem hac ratione describunt, ut religionis et veritatis genium, qui formam bovis gerit Man. VIII. 16. paullatim dicant pedibus privari, ita ut initio, quattuor, deinde tribus tunc duobus denique uno pede insistat.

Sl. 3. *a.* स्वारोचिषे ऽन्तरे | hoc est aetas cui स्वारोचिषः, *secundus Manus,* praeest; reliquorum Manuum nomina haec sunt उत्तमि, तामस, रैवत, चाक्षुष, वैवस्वत. Man. I. 62.

Sl. 4. *b.* तथा | B. तदा.

Sl. 7. *a.* आमात्यैर् | B et C. अमात्यैर्.

Sl. 9. *a.* द्विजवर्यस्य मेधसः | B द्विजवर्यः सुमेधसः

Sl. 11. *a.* ममत्व | Vocem, cuius perspicna est formatio, desidero in Wils. Lex.

Sl. 11. *a.* ममत्वाकृष्टचेतनः | B ममत्वाकृष्टमानसः

Sl. 12. *a.* Hnc hemistichium alio modo vertere licet, ita nt शूरहस्ती *heroum-elephas* i. e. hernum optimus et सदामदः *semper-inebrius* tanquam adiectiva ad प्रधानो referas; sed loci qui nostram vertendi ratinnem confirmant, haud raro occurrunt.

Sl. 12. *a.* स | B स्वं.

Sl. 12. *a.* शूरहस्ती | B शूरोहस्ती.

Sl. 19. *a.* स्वजनैर् | Sic B. In Ed. Calc. et C. च धनैर्.

Sl. 20. *a.* न वेद्मि | B. निवेद्मि.

Sl. 24. *b.* पतिस्वजनहार्द | B. पतिं etc.

Sl. 26. *a.* निःश्वासो | Sic B. et C. In Ed. Calc. निश्वासा.

Sl. 30. *a.* गतत्वायस्य | Sic B. In Ed. Calc. et C. ममत्वस्य.

Sl. 31. *a.* उत्थिताः | B. उत्थिताः.

Sl. 33. *a.* तत् केनै 'तन् | B. तत् किम् एतन्.

Sl. 34. *b.* विषयाश्, यान्ति | Sic B. Ed. Calc. habet विषयश्, ज्ञातिश्. C. विषयश्, याति, चै 'वम्.

Sl. 35. *b.* दिवा च रात्रौ च | Sic B. Ed. Calc. et C. दिवा तथा रात्रौ.

Sl. 37. *a.* ज्ञानं च तन् | B. ज्ञानं न तन्.

Sl. 38. *a.* ज्ञाने | B. ज्ञानो.

Sl. 38. *a.* शावचञ्चुषु | B. श्यावचञ्चुषु.

Sl. 38. *b.* कणमोक्षादृतान् | Perturbatum hoc atque iotellectn difficillimnm dictnm video nunc me false separasse, nihil enim dubitandum quin कणमोक्षाद् ऋतान् sit scribeodum, magis vero quid de interpretatinne faciendnm sit, dubitare potest; nam ablativorum istorum cnmnlatio efficit, ut mnltis rationibus queas explicare alterum hemistichium. ऋतान् ad पतगान् referri sed etiam enphnnica ablativi ऋतात् mutatio esse, et ad मोहात् pertioere potest.

Sl. 39. *b.* एते | B. एतान्.

Sl. 40. *b.* संसारस्थितिकारिणा | Sic B. Ed. Calc. et C. संसारस्थितिकारिणः

Sl. 41. *a.* योगनिद्रा | Ab hominibus, quorum summa salus et maxima vis est in योग, in Vischnuem transferri haec animi conditio videtnr, quoniam in eins cultu et religione mystica illa devotio, योग appellata, quae in Gita fuse et gravissime laudatur, exorta est. Quam sententiam serinri Indnrum religionis aetati esse propriam eo colligimus tum quod notio de Vischnuis somno qui natnralem habet vim et ad tempus pluvium spectat, ad animnm relatnm est, tum ex योगनिद्रा ad Vischnuem translatâ ipsâ. Cum योगनिद्रा eadem ac महामाया esse dicatnr, bene animadvertendum est, योगम् hic non significare snmmam animi perfectiooem in qua mens io numine tantum defixa est,

omnibus distinctis cogitationibus, omnibusque rationibus quas sive ad res externas sive ad internas babet mens, relictis; sed notare magnam illam omniaque superantem vim, qualem is nanciscitur, qui devotinnem exereet.

Sl. 41. *b.* एषा | C. एतत्.

Sl. 42. *a.* भगवतो | Ed. Calc. male भवती quod etiam metrum vetat.

Sl. 43. *b.* मुक्तये | Quoniam hnmo, dum vivit, ex Indnrum opinione constrictus est naturae vinculis, itaque pura mentis essentia tum naturae impetu tum agendi studio necessario impeditur atque conturbatur, mortem quippe quae vincnlnrum istorum sit solutio (मुक्ति) ipsam esse et solntinnem et beatitudinem facile apparebit.

Sl. 44. *a.* मुक्तेर् | B. मुक्तिर्.

Sl. 49. Similis sententia necurrit in H. Th. III. p. 86. ubi Wils. in adnotatinne adiicit: *At the intervals of the minor destructions of the world* Visbnu *is represented as reposing himself upon the serpent* Sesba *amidst the waters by which the earth is overspread. He also takes a nap of four months duration from the* 11*th of* Ashârb *to the* 11*th of* Kârtik *or about the middle of June to the middle of October, or from the time the periodical rains usually commence till their termination.* Cf. GHATAK. v. 3. Wils. ad Meg. p. 115.

Sl. 49. *b.* शेषम् | cf. Quaest. mythol.

Sl. 51. *a.* Hnc saepius depingitur cf. Moor H. Panth. Tab.

Sl. 53. B. et C. interponunt vocabula ब्रह्मो 'वाच huic et sequenti sloco.

Sl. 53. *b.* C. non habet स्तौमि, et totum bemistichium ita exbibet:

निद्रामू भगवतीं विष्णोर् अतुलां तेजसः प्रभुः।

Sl. 54. *a.* स्वाहा | Haec vox in omnibus quae Diis offeruntur sacrificiis adhibetur, quamobrem Agnis uxor स्वाहा appellatur cuius ope Dii sacrificiis fruuntur.

Sl. 54. *a.* स्वधा | In omnibus ad maiores sive Manes (पितृ) pertinentibus sacris summa habetur precatio. AM. MAN. III. 252. Promiscue posita videntur DEV. IV. 7. Natura, sub specie causae sive materiae omnium rerum, appellatur etiam स्वधा sive सा i. e. *ἑστία* quae inclusa putatur in तच्चे तत् quo emphatico nomine summum numen significatur. Colebr. *on the* VED. p. 404, 405.

Sl. 54. *a.* वषट्कार | Haec vox etiam in sacrificiis cum igne adhibetur.

Sl. 54. *b.* त्रिधामात्रात्मिका atque

Sl. 55. *a.* अर्धमात्रा | Hae voces sine dubio pertinent ad artem metricam et musicam cum मात्रा syllabarum quantitatem significet. De propria et vera harum dictionum explicatione non satis constat. Attamen levidensia quaedam apponam. Qui apud Indos numerantur septem toni (स्वर्) et tres scalae musicae (ग्राम) respondent illi nostris tonis, hae diatonicis, chromaticis et enharmonicis scalis nostratium possint forsitan compa-

